



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

37. Ecceliâ exemptâ quinam censeantur exempti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXXVI.

Instrumentum exemptionis amisso, an probetur per illius confirmationem.

SUMMARIUM.

1. 3. Exemptio an vires sumat à confirmati-
one, *firmatum.*
2. Hodie privilegium non valet nisi sit con-
firmatum. 4. Quid si adjecta sint clausula mai-
ores.

Item est probari, nam exemptio vires suas & robur etiam assumit à con-
firmatione glo & ibi ad cap. si Romanorum in verbo desint. dist. 19. Iason Barib.
& DD. in privilegia C de sacros. Eccles. Fel. cap. inter dilectos col. 6. in fin. de fide instr. late
Gail. lib. 1. obs. 1. per tot. n. 16. Card. cons. 118. Illius scilicet, qui autoritatem habet
communitates seu exemptionem concedendi Card. d. cons. 118 col. 2. vers. in contrari-
um dixi supra. Idque maxime hodierna praxi & consuetudine, qua privilegium prom-
delle non potest nisi prius solemniter fuerit confirmatum Rebuff. ad consuet. reg. tit. de
appellat. art. 2. glo. una n. 16. Cremen. sing. 81. Declaratur id verum si de mente & vo-
luntate tercia principis constat, alioquin enim in generali confirmatione præsumitur
actum confirmasse eo modo quo de iure communi solet, ita nempe ut confirmatio
privilegiorum veterum nihil novi adferat, cap. cum dilecta cap. quia intentionis de pri-
vileg. Gail. d. obs. 1. n. 6. Secus si Pontifex id confirmet mente tercia & ex plenitudine
potestatis, de qua tamen nisi aliter appareat non præsumitur v. Gail. d. obs. 1. n. 17.
Item si cum clausula ex certa scientia, quæ æquipollet plenitudini potestatis v. Gail. 4
lib. 2. obs. 36. n. 14. VVames. cons. 64. n. 2. som. 1. adde supra lib. 1. qu. 8. n. 8.

QVÆSTIO XXXVII.

Ecclesia exempta quinam censeantur exempti.

Dico primo quod exempta Ecclesia exemptus censeatur Vicarius perpetuus Præ-
latus Canonici & clerici Ecclesie Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vicariis per-
petuis n. 16. cap. per exemptionem de privilegiis in 6 ubi late Franc. dec. cons. 152.
Quod tamen limitandum est, si Prælatus seu vicarius non esset de corpore Ec-
clesie
Ss. 2

cleria v.g. si exemptum Hospitale habeat rectorem laicum, & alios clericos ibi divina celebrantes, certe rector exemptus dici non poterit, Barib. l. quod constitutum ff. de militari testa. & conf. 96. n. 5. & 6. Clem. 1. de relig. domib. Barbat. Clem. fin. super glo. verb. statutus de rescript.

Dico secundo, Exemptis Canonicis neque Ecclesiam neque conventos vel alios Clericos cenferi exemptos c. per exemptionem ubi Franc. de privil. vide supra lib. 1. q. 13.

QUESTIO XXXVIII.

Coloni exemptorum an cenferantur exempti.

SUMMARIUM.

- 1. Privilegia realia Dominorum transeunt ad Colonos.
- 2. Familiares accessorie gaudent privilegio Dominorum.
- 3. Odium ordinariorum prasumitur etiam ferri in familiares.
- 4. Privilegia scholarium trahuntur ad familiares.
- 5. Exemptiones non egrediuntur personam.
- 7. Coloni perpetui gaudent privilegio Ecclesiarum.
- 8. Exempti veniendo ad defensionem Colonorum trahunt causam ad suam forum.
- 9. Privilegium expresse eximens mercenarios observandum est.
- 10. Coloni Ecclesia seu loci cuius iurisdictionis temporalis pertinet ad Ecclesiam censentur exempti.
- 11. Liberti Ecclesia censentur exempti.
- 12. Coloni conventi coram laico ratione rerum Ecclesie retrahere possunt causam ad iudicem Ecclesiasticum.
- 13. Mercenarij in dubio non sunt exempti.
- 14. Quid si religiosi sint exempti a solutione decimarum an eorum coloni patiarj exempti censentur.

PRO affirmativa, adferri solet quod coloni privilegiatorum gaudeant privilegio suorum Dominorum, adhibita praesertim distinctione inter privilegia realia, & personalia, ut illis coloni gaudeant, his minime Parisius conf. 25. n. 10. & conf. 69. n. 6. vol. 1. Borquin de usufruct. mulieru n. 163. Boer. decif. 213. n. 28. Alciat. conf. 12. Cephalus conf. 451. num. 18. vol. 4. Bursat. conf. 25. lib. 2. Vincent. Carocius tract. de locato par. 2. tit. de collectis n. 8. & tit. de Colonis privilegiatorum.

Idque ad instar domesticorum & familiarium qui accessorie foro & privilegio suorum Dominorum potiuntur per tex. l. 1. vers. verum etiam hominibus eorundem ubi Castrens. n. 8. C. de Episcop. & clericis l. presenti §. pen. C. de hu. qui ad Eccles. confugiunt Cap. dec. 12. Bonacossa tract. de famulu q. 15. per tot. Alex. conf. 114. n. 10. & conf. 100. n. 8. vol. 4.